Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

effecerit · ut id non liceret · quod non oportet & · Impedit enim consilium voluptas rationi inimica est · ac mentis ut ita dicam perstringit oculos · nec ullum habet cum virtute comertium : Invitus feci ut fortissimi viri Ti · Flaminei · & fratrem consulem L · Flamineum e Senatu ejicerem Septem annis · postq̃ consul fuisset · sed notandum putavi libidinem · Ille enim cum esset consul in gallia · exortatus in convivio a Scorto est · ut secum ferret & aliquem illorum q̃ in vincilis essent rei sententia capitalis · Hic Tito fre suo censore q̃ proximus ante me fuerat elapsus est · Huic vero & Flacco nunq̃ probari potuit · tam flagitiosa & tam perdita libido · que cum probro privato conjungere & imperij decus : Sepe audivi a maioribus natu q̃ se porro pueros a senibus audisse dicebant unum solutum · C Fabritius q̃ cum apud regem Pirhum legatus esset & a Thesalo cynea audisset esse quendam